



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Variorum In Europa Itinerum Deliciae**

**Chyträus, Nathan**

**[Herborn], 1599**

**VD16 C 2803**

Leidae.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70708](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70708)

*Vivens fuerim, requiris hospes optime:*  
*Sum pulvis, olim nobilis.*  
*Dum fata vitam haud invident superstitem*  
*Belli, toga, domi, foris.*  
*Heroas inter splendidos haud infimus,*  
*Et miles & dux agminis.*  
*At forte nomen & genus quasi veris*  
*Et patriam de nomine;*  
*Respondeo quod Cypridos quondam fuerit,*  
*Gnato, Creusa conjugis,*  
*Idem parentes indidere infantulo,*  
*Vocatus Æneas fui.*  
*Gens Mari-vorta originem mihi dedit*  
*Antiquitate splendida.*  
*Brugis in auras me mater primùm tulit,*  
*Herois inclyta & pia.*  
*Quid sim, quid olim (vel potius nuper) fui,*  
*Scis hospes. at tu quis sis,*  
*Tenebris situs nequeo quidem cognoscere;*  
*Sed tute te ipsum noveris.*



## LEIDAE.

LIPSIANI HORTI LEX IN  
 IPSO ADITU, SUB PERSONA  
 BIFRONTIS JANI. B.F.

Quisquis es, STA, LEGE, PARE.  
 JANUS ad hoc limen sic EDICO.

I. Horto & hero fruendi tibi jus esto:  
 Sed illo ad aspectum, isto ad sermonem.  
 Nisi oculis, quidquid heic satum aut natum,  
 ne LIBATO.

Tiro esto, manum apud te habeto.  
 Si effers ad tactum aut ad raptum:  
 Verbo dicam, te efferto.

Mm



2. Sed nec hero usquequaq; fruitor.  
 Ante sextam vespertinam ne adito:  
 Post septimam ne maneto.  
 Horæ aliæ ad alias illi curas.  
 Heic cogitat, heic pangit:  
 STILUS heic est, abi musca.  
 Quid si & cæna? abi musca.
3. Sermones etiam ne exlêges.  
 Jocari licet:  
 Narrare licet:  
 Rogare licet:  
 Sed nihil serium.  
 Gratiarum hic locus est.
4. Si quid amœnius tamen in studiis,  
 Inter ambulandum  
 Disere, doce, disce.  
 Et Musarum hic locus est.
5. Tu qui seriosus,  
 Tu qui rixosus,  
 Exeste.  
 Clusius ego sum vobis.
6. Canis, præter unam, emaneto.  
 Hecuba, præter unam, emaneto.  
 Habes? hoc etiam.  
 Quoquó te agis, te video.



LEODII.  
 IN TEMPLO D. JACOBI.  
 D. O. M.

**D**Anieli Mauch, & Rosæ Stockerin conjugg. qui postquam hæretic. factionib. aris foeisq; paternis pulsi, in hac Eburonum urbe exilii voluntarii sedem collocassent, IIII. mensium inter utriusq; obitum spatio interjecto, in æternam patriam migrarunt. Daniel filius unigena parentibus opt. dulcissimisq; mœrens P.

Vixit